



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

xxvi [i.e. vii]. Prædicatur hæc cognitio in prædicatione universalis ut quo;
singularia ipsa ut quod:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

fieri universale per judicia (dummodo sint talia, ut per particulas universales, aut particulares, aliasve, universalitati non obstant) & consequenter etiam per discursum constantem talibus propositionibus, eò quod absurdum non sit, unum aliquod objectum bis confuse cognosci, ac proinde bis fieri universale.

VII. Unitas universalis est formaliter ipsa cognitio universalificans, cum enim unitas præcisa ex parte objecti sit impossibilis, & unitas individuis intrinseca nulla detur, præter numericam, superest hæc sola unitas cognitionis, per quam natura redditur extrinsecè indivisa in se, quatenus ita concipitur, ut nulla appareat intellectui divisio & diversitas individuorum; unde licet hæc cognitio repræsentativè sit multiplex, id est, repræsentet multa, habet tamen suam quoque in repræsentando unitatem, cum illa multa repræsentet per modum unius, adeoque etiam repræsentativè est una.

VIII. Aptitudo universalis remota est naturæ cujusvis singularis tecum ipsa identitas, ratio enim, cur natura communis possit inesse multis & prædicari de multis, hæc est, quod